

DIALOGUS TERTIUS.

MEXICUS EXTERIOR.

ZAMORA. — ZUAZUS. — ALFARUS.

ALFARUS.

**N**ON apud Zuazum, sed apud Lucullum, et quidem ad Apollinem, prandio excepti sumus.

ZAMORA.

Quanto ipse id verius dixisses, si paulo postquam est provincia debellata adventasses!

ALFARUS.

Num supra summum aliud est incrementum?

ZUAZUS.

Non Sybariticæ neque Syracusanæ splendidiore fuere cœnæ.

ALFARUS.

O igitur cœnæ noctesque deorum!

DIÁLOGO TERCERO.

ALREDEDORES DE MÉXICO.

INTERLOCUTORES. — ZAMORA, ZUAZO, ALFARO.

ALFARO.

**H**EMOS comido, no en la casa de Zuazo, sino en la de Lúculo, y aun en la sala de Apolo. (1)

ZAMORA.

Con cuánta mas razon hablarías así, si hubieras llegado poco despues de conquistada esta tierra. (2)

ALFARO.

Pues qué ¿en lo sumo cabe todavía aumento?

ZUAZO.

No fueron mas suntuosas las cenas de los Sibaritas ni las de Siracusa. (3)

ALFARO.

¡Oh cenas y noches divinas! (4)

ZUAZUS.

De his plus satis. Jam exeamus, nam et a meridie sonuit secunda, et videnda multa supersunt Alfaro.

ALFARUS.

Optime mones. Egrediamur tamen, si placet, ea parte quæ amœniores habeat secessus: quibus plurimum optima quæque urbs commendari solet.

ZAMORA.

Ita fiet, nam Chapultepecum usque juxta aquæductum, obiter multa considerantes, iter faciemus.

ZUAZUS.

Jam omnia diligenter observa, non hac postea rediturus.

ALFARUS.

Qua igitur?

ZAMORA.

Alia non minus grata via. Huc usque a fonte individua pene defluit aqua; sed mox, uti vides, in partes tres distribuitur, a lateribus et recta, neutiquam exigua profluens.

ALFARUS.

Hodie mane, ni fallor, istac deambulavimus.

ZAMORA.

Vera prædicas. Nunc vide quanta sit stratæ viæ

ZUAZO.

Demasiado hemos hablado de esto. Salgamos ya, porque han dado las dos de la tarde, y aun tiene Alfaro mucho que ver.

ALFARO.

Muy bien pensado. Pero vamos, si te parece, por el rumbo en que haya sitios más amenos, que son los que mayor realce suelen dar á una gran ciudad.

ZAMORA.

Así será, porque iremos á Chapultepec, siguiendo el acueducto, para ver de camino otras muchas cosas.

ZUAZO.

Y mira todo con cuidado, porque no has de volver por aquí.

ALFARO.

¿Pues por dónde?

ZAMORA.

Por otro camino igualmente agradable. Desde la fuente hasta aquí, viene el agua casi toda reunida; pero mas adelante se divide, como ves, en tres partes, una en el centro y dos á los lados: todas de no escaso caudal.

ALFARO.

Si no me engaño, esta mañana anduvimos por aquí.

ZAMORA.

Dices verdad. Nota ahora cuán ancha es esta cal-

hujus amplitudo, ita ut aquæductu per medium secata, utraque pars contrarios capere currus possit.

ALFARUS.

Non adeo celebris fuit Appia, cujus *pro Milone* honorificam Cicero multis locis mentionem facit. Tolliturque intervallo justo ab agris, ne hybernis imbribus una cum ipsis inundetur. Ad dexteram posita sunt duo templa, non parvo spatio ad invicem distantia. Ad sinistram indorum est mercatus, et quidem mercibus et hominibus refertissimus.

ZUAZUS.

Postremum fanum Sancto Hyppolito sacrum, quotannis ejus die, magna cum pompa et celebritate ab urbe tota frequentatur, quod eo die a Cortesio et ejus commilitonibus Mexicus expugnata fuerit. Vexillum in ea pompa unus ex curiæ et urbis senatoribus eques et armatus defert, præeunte magna civium obequitantium turba, tanti triumphi ut posteris memoria refricetur, et Hyppolito gratia habeatur, quod in expugnatione hispanis adjumento fuerit: a cujus templo indorum emporium, quia in conspectu est, nomen accepit. Sequuntur statim, qui viæ subjecti sunt, agri compascui, perpetua viriditate gratissimi, et multis pecorum millibus satis.

ALFARUS.

Quam sunt spatiosi et amœni! quamque oculos reficiunt, et animum exhilarant!

ZUAZUS.

Planicies illa quæ est inter prædia urbana, locus

zada, que con dividirla por medio el acueducto, todavía á cada lado queda paso para dos carruajes encontrados.

ALFARO.

No fué tan concurrida la Via Apia, de que Ciceron hace honorífica memoria en varios lugares de su defensa de Milon. (5) Tiene suficiente altura sobre los campos, para que en tiempo de aguas no se inunde al par de ellos. A la derecha hay dos iglesias, no poco distantes una de otra. A la izquierda está el *tianguis* de los indios, y henchido, por cierto, de gentes y mercaderías.

ZUAZO.

En el templo mas distante, dedicado á S. Hipólito, cada año, el dia de la fiesta titular, se juntan todos los vecinos con gran pompa y regocijo, porque ese dia fué ganada México por Cortés y sus compañeros. Con la misma pompa lleva el estandarte uno de los regidores, á caballo y armado, precedido de una multitud de vecinos, tambien á caballo, para que la posteridad conserve la memoria de tan insigne triunfo, y se den gracias á S. Hipólito por el auxilio que prestó á los españoles en la conquista. (6) Del templo tomó nombre el mercado de los indios que está delante. Síguense luego, abajo del camino, los egidos de la ciudad, muy agradables por su perpetuo verdor, y suficientes para muchos miles de cabezas de ganado.

ALFARO.

¡Cuán extensos son y amenos! ¡Cómo recrean la vista y alegran el ánimo!

ZUAZO.

Aquel llano que está entre las casas de campo es

est in quo equites, qui agilitate et obequitandi peritia cæteros omnes reliquarum provinciarum longe superant, ad Trojanorum ludum exercentur, et fictam pugnam, ut cum serio res poposcerit strenui sint, meditantur. *Potreadero* appellant nostri, quod etiam ibidem pulli equi sive equini a sessoribus domantur. Nam *potrear* verbum hispanum est idem quod latine juniorem equum currendi et parandi freno expertem ac rudem sic formare et docere agitando, ut quod dixit Horatius: «*equo frenato sit auris in ore.*»

ALFARUS.

Deus optime! quam magna, quamque magnifica structura, et quam multa ab utraque strætæ viæ parte surgunt urbana prædia, in maximis et amœnissimis hortis ex aquæductu per canales irrigatis! Quod est in Hispania spectaculum, quod cum hoc aut æquari aut comparari possit? Ad amplissimas ædes has via secatur in duas alias, ambas quidem umbrosas.

ZAMORA.

Altera ad Tacubam, altera ad Chapultepecum ducit, et hujus tam magnificæ domus, dominus est Cortesius.

ALFARUS.

Nihil sane vir heroicus ædificavit, quod non animi ejus magnitudinem posteris quam testatissimam faceret. Aquæ tamen tubus, sive euripus, quo aqua derivatur in urbem, opere camerato, apertis insuper per intervalla fenestris, ut ventus et sol admittantur, connectus hactenus fuit: jamque hinc ad fontem usque detectus et subdialis durat.

el lugar en que los caballeros, que en agilidad y maestría en la equitacion aventajan mucho á los de todas las demas provincias, se adiestran en ejercicios ecuestres, y se ensayan en combates simulados, para estar listos cuando se ofrezcan los verdaderos. Entre nosotros se llama *Potreadero* (7), porque los picadores (8) doman allí los potros; pues el verbo español *potrear* significa amansar y adestrar de tal modo en los movimientos á los potros brutos y no enseñados al freno, que como dice Horacio: *el caballo enfrenado tenga el oido en la boca.* (9)

ALFARO.

¡Gran Dios! cuántas, qué grandes y qué magníficas casas de campo adornan ambos lados de la calzada, en extensas y amenísimas huertas regadas por caños sacados del acueducto! ¿Qué vista hay en España que pueda igualarse ó compararse con esta? En esta gran casa se parte el camino en dos, y bien umbrosos ambos. (10)

ZAMORA.

Uno va á Tacuba y otro á Chapultepec; y esa casa tan magnífica pertenece á Cortés.

ALFARO.

Nada edificó este heroico varon que no diese á la posteridad amplio testimonio de la grandeza de su ánimo. Pero el canal ó acueducto que lleva el agua á la ciudad habia sido hasta aquí de bóveda, con lumbreras á intervalos en la parte superior, para dar entrada al sol y al aire; y ahora, de aquí á la fuente, va todo descubierto.

## ZAMORA.

Id ita factum est duplici ex causa: et quod hac minus sit turbæ, et quod defecior, vento et sole ferientibus, intra fornicem aqua ducitur.

## ALFARUS.

Prudenter judicas. Sed jam rursus ab utraque viæ parte compascui agri se quam latissime aperiunt et diffundunt, armentis multis hinc inde pascentibus referti. Oppositi sunt colles feracissimi, segitibus et sylvis placidissimi, in quibus conspiciendis oculi non sine voluptate conquiescunt.

## ZUAZUS.

Versus Cujacanum via strata, planitie et agrorum amœnitate nobilis, excurrit. Hoc est nemus, et in ipso fons, ex quo in euripum aqua influit: propeque fontem surgit, ut vides, altitudine magna promontorium, a quo perspicuus est in Mexicum prospectus.

## ALFARUS.

Quorsum tamen circumquaque altis adeo muris septum est nemus, neque ad ipsum nisi perpaucis aditus patet?

## ZUAZUS.

Ne et fons conturbetur, confluentibus indis; et damæ, cervi, cuniculi et lepores, quibus abundat, venatoribus insequentibus, aut interimantur aut fugiant.

## ALFARUS.

Quod est lema super liminaribus januæ lapidibus scultum?

## ZAMORA.

Se hizo así por dos razones: porque desde aquí no es ya tanta la gente que transita, y para que recibiendo antes de lleno el sol y el aire, camine mas purificada el agua dentro de la bóveda.

## ALFARO.

Juzgas con acierto. Mas ya desde aquí vuelven á descubrirse hasta muy lejos por ambos lados del camino los egidos, llenos de ganado que paze á una y otra parte. Enfrente quedan unas lomas feracísimas, muy agradables por sus bosques y sementeras, en que descansa la vista con deleite.

## ZUAZO.

Corre para Cuyoacan (11) una calzada, notable por ser tan llana, y por la amenidad de su campiña. Este es el bosque (12), y en él se halla la fuente que provee de agua al acueducto. Cerca de ella se levanta, como ves, un cerro muy alto, desde donde se otea perfectamente la ciudad de México.

## ALFARO.

¿Con qué objeto está el bosque cercado de tapias tan altas, y solo á muy pocos se permite la entrada á él?

## ZUAZO.

Para que no ensucien el agua los indios que pasan, y para que los cazadores no maten ó ahuyenten la mucha caza que hay de gamos, ciervos, conejos y liebres.

## ALFARO.

¿Qué inscripcion es la que está en una lápida sobre la puerta?

## ZAMORA.

NEMVS

ÆDIFICIO. ET. AMENITATE. PVLCHRVM

DELITIAS. POPVLI

LVDOVICVS. VELASCVS

HVJVS. PROVINCIÆ. PROREX

CÆSARI. SVO. CONSECRAT.

## ALFARUS.

Sapit antiquitatem, et quod ipsum commendat, verum est. Ecquis tamen fuit auctor?

## ZUAZUS.

Sicuti accepi, Cervantes Salazarus, institutor noster, qui quantum consequi potest dat operam ut adolescentes mexicani disertis facundique evadant, et clarissima provincia nostra, scriptorum inopia, quibus hactenus caruit, non sit in obscuro.

## ALFARUS.

Plurimum certe ipsi debetis qui vos, quod est omnium maximum, a mortalitate et interitu vendicare conetur.

## ZAMORA.

Proceris et patulis arboribus ad fontem introitus opacus est: unaque duntaxat ad ipsam aquam janua patet. Ac ne lapides et saxa, immundities ac sordes in fontem ex promontorio quod proximum est relabantur, editis parietibus circumscribitur. Jam ingrediere, et in podio sede, cuncta melius contemplaturus.

## ALFARUS.

Nihil unquam, etsi multa vidi, perinde visu di-

## ZAMORA.

DON LUIS DE VELASCO

VIREY DE ESTA NUEVA ESPAÑA

DEDICA Á SU SOBERANO

ESTE BOSQUE

LUGAR DE RECREO PÚBLICO

HERMOSO POR SU FRONDOSIDAD Y FÁBRICAS. (13)

## ALFARO.

Tiene sabor antiguo, y lo mejor es que dice la verdad. ¿Quién la compuso?

## ZUAZO.

Segun he sabido, Cervantes Salazar<sup>(14)</sup>, uno de nuestros profesores, que en cuanto puede procura que los jóvenes mexicanos salgan eruditos y elocuentes, para que nuestra ilustre tierra no quede en la oscuridad, por falta de escritores, de que hasta ahora habia carecido.

## ALFARO.

Mucho debeis al que procura lo principal de todo, que es libraros de quedar sepultados en el olvido.

## ZAMORA.

Una sola puerta da paso á la fuente, y árboles altos y copados sombrean la entrada. Y para que no caigan dentro las piedras y peñascos, las basuras é inmundicias que puedan bajar del cerro cercano, está el manantial rodeado de una alta tapia. Entra, y siéntate en el poyo, para que examines mejor todo.

## ALFARO.

Aunque he visto mucho, jamás hallé cosa tan

gnum quam hunc fontem vidi. In ipso namque ingressu, continuo et oculos et animum mira quadam et prope incredibili voluptate pavit, recreavit et refecit. Quam est magna et late diffusa fontis amplitudo! quanta ejusdem altitudo, ut multis locis solum desit! Plane et capere et sustinere onerariam navim potest. Adde aspectu quam sit aqua translucida, ut hinc facile possis in tanta profunditate scrupulos inspicere. Potu non est minus suavis.

ZAMORA.

Mille trahit varios feriente sole et inumbrantibus arboribus colores; ac quoniam non eadem est ubique aquæ altitudo, lucente sole multæ miræque intus species rerum eduntur, quibus magis quam Iris variatur.

ZUAZUS.

Sedilibus ex lapide et calce ad parietes undequaque ambitur: a fontisque margine ad ipsa usque spatia æqua interjacent, per quæ bini aut terni homines deambulare possint.

ALFARUS.

Illud ut congruat optima navigatio juxta terram, et optima deambulatio juxta mare. Occidentem versus, aut prope, primum porticus est ex marmore, non procul a fontis margine: deinde supra ipsum incumbit solarium, cubiculis elegantissimis, contiguum, ex quibus in fontem suavissimus est spectus. Denique, sic natura et arte fons commendatur, ut neque Chaburá, neque Ciffusa, neque Aganippe, aut Clitorius fontes scriptorum testi-

digna de verse como esta fuente. Apenas se acerca uno á ella, cuando ya admira, recrea y conforta la vista y el ánimo con extraño y casi increíble deleite. ¡Cuán grande y dilatada es la extension de la alberca! ¡Cuán su profundidad, y tal que en muchas partes no se descubre el fondo! Ciertamente que tiene ámbito y hondura suficientes para una nave de carga. Añádase ser el agua tan clara, que á pesar de ser tanta su profundidad, pueden verse desde aquí las piedrecillas del fondo. Y para beber no es menos agradable.

ZAMORA.

Los rayos del sol y la sombra de los árboles la tiñen de mil colores, y como la profundidad no es igual en todas partes, se reflejan dentro, cuando luce el sol, muchas y admirables figuras, con mas colores que el arco-iris.

ZUAZO.

Todo alrededor de la tapia hay asientos de mampostería, y entre ellos y la orilla de la alberca queda espacio bastante para que puedan pasear dos ó tres personas de frente.

ALFARO.

Así se combina la mejor navegacion, que es la de junto á la tierra, y el mejor paseo que es el de junto al mar. Al poniente, ó casi, y no lejos del agua, está primero un pórtico de piedra, y encima una galería de bellísimos aposentos, desde donde se goza muy agradable vista de la alberca. En fin, tanto mérito dan á esta fuente la naturaleza y el arte, que ya sea que atiendas al caudal y utilidad de sus aguas, ya á su limpieza y situacion, no pueden serle com-